



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

A. Diss. 12126

2. D. B V.

EXERCITATIO POLITICA

De

OPTIMA  
REIPUBLICÆ  
FORMA,

*Quam*

*Benevolo Amplissima Facultatis*

*Philosophica consensu,*

in Illustri Academia Salana

PRÆSIDE

M. GEORGIO WONNA / POET, L.

CÆSAR. FACULT. PHILOSOPH.

ADJUNCTO,

*publico Examini sstet*

CHRISTIANUS WENDEL /

GUELPHERBYTANUS,

*Non. Septembr.*

ANNO MDCLXIII.

---

JENÆ,

Typis SAMUELIS KREBSII.

SBR069026798702



RECHTSANWALT

SC

O P T I M O

R E P U B L I C A N

W A S H I N G T O N

Washington, D.C.

1911


REPUBLICAN PARTY

WASHINGTON, D.C.

1911

1911

Staatl. Bibliothek  
Regensburg



CUM DEO!

EXERCITATIONIS POLITICÆ

de

OPTIMA REIPUBLICÆ  
FORMA,  
CAPUT PRIMUM

De formis Reipublicæ. Ejus triplex apud Aristotelem definitio. Reipublica qualis sit ordo. Ad Reipublicæ rationem non requiritur unio civium Platonica, nec bonitas. Etiam subditorum ratio habetur in definitione Reipublicæ. Majestas quid sit, exponitur. In Republica ea præcipue est attendenda. Divisio Reipublicæ in Monarchiam, Oligarchiam & Democratiam veteribus & recentioribus usitata. Ejusdem divisio in rectas & corruptas formas, in simplices & mixtas. Describuntur Regnum, Tyrannis, Dominatus, Aristocratia, Oligarchia, Politia, Democratia.

§. I.



Acturus de veteri & frequenter

inter Politicos agitata questione,

quanam ex Reipublica formis sit optima?

Nonnulla de Republica ejusq; formis

πρώτως & exordii loco præmittam.

Reipublicam Princeps Philosophus tri-

bus vicibus descripsit, pro varia ratione sui instituti.

Nam primo ei Respublica α est τῶν τῶν πόλεων αἰσθητῶν *a l. 3. Polit. c. 1.*

β. Deinde vero ei β dicitur αἰσθητῶν πόλεων α ὑβί β λ. 4. c. 1.

γ. καὶ δευτέρω γ τῶν πόλεων ἀνεπιτηδεύτων καὶ τῶν κλεινῶν πό-

λεων δ. καὶ ἕκτον δ τῶν πόλεων ἀνεπιτηδεύτων καὶ τῶν κλεινῶν πό-

λεων ε. καὶ ἕκτον δ τῶν πόλεων ἀνεπιτηδεύτων καὶ τῶν κλεινῶν πό-

γ λ. 3. Pol. c. 6.

quæ reliquis convenientior vulgo habetur, descriptio isthæc γ est: *Respublica est πάλειος ἄξις, τῶν ἑαδῶν ἀρχῶν, καὶ μάλιστ᾽ τῆς κυρείας πάντων.* Dicitur (1.) *Respublica ἄξις*, ubi non est, ut diu & prolixè speculemur, quæ nam melior sit inter diversas vocis hujus expositiones à Politicis hinc inde allatas? Nos hac vice illam cum δ *Lipio*, & *Cellario*, & *Piccarto* & aliis plurimis ordinem interpretamur. *Est Respublica ordo Civitatis, cum aliorum Magistratum, sum præcipue illius, qui summam potestatem habet.*

δ λ. 2. Polit. c. 1.

ε λ. 2. Pol. c. 1.

ζ Comment. in lib.

3. Polit. Arist. c. 6.

α *vid. Cellar. l. cit.*

§. 2. Intelligitur vero (2.) ordo, non quivis, sed civitatis, qui est inter imperantes ac parentes, qui que in sese leges ac jura complectitur. Ut ita civitas sit subiectum *Reipublicæ*, cujus nomine intelliguntur omnes, qui civitatem inhabitant, id est, qui in civitate sunt & degunt, omnes omnino cives, cum ii, qui præ sunt & imperant, tum illi etiam, qui subsunt ac parent, absque tamen respectu ordinis, imperii aut subjectionis. Ordo autem, qui est inter imperantes ac parentes, est quasi forma illa, quam *Respublica* cum ad civitatem accedit, ipsi tanquam materiæ vel subiecto superaddit. Atque in hoc ordine *Reipublicæ* essentiam consistere *Politici* docent. Quare non opus est ad *Reipublicæ* rationem unione civium, quam *Plato* somniavit, quaque credidit effici communionem omnium, uxorum, liberorum & facultatum; etsi requiratur, ut sit eo firmior *Respublica*, amicitia conjunctioque animorum inter cives, ex communiione disciplinæ orta. Concordia enim & conjunctio hæc præcipuum *Reipubl.* fulcrum est, seditiones & alia mala, quibus ipsa solet everti, retundens. Neque etiam ad rationem *Reipublicæ* necessario requiritur bonitas, ac si *Respublica* formaliter esse nequeat, quæ non sit bona, quam in sententiam propendere videas *Bodinum* θ & *Danaum*. Qui & omnes alii, qui illos sequuntur, in eo peccant, quod essentiam *Reipub.* confundunt cum ipsius accidentibus.

**Respu-**

α λ. 1. de Rep. c. 1.

δ. 1. Polit. c. 2. 3.

Respublica enim in sua essentia, ut pleraque alia, quæ ad Politicam spectant, non includit bonitatem, sed indifferenter sese habet, ad hoc ut sit bona, vel mala, & bonitas atque malitia Reipublicæ est accidentalis, potestque esse vera Respublica, etiamsi neque bona, neque justa, neque Christiana sit. Quibus tamen non hoc volumus quasi exulare debeant e Republica pietas, cultus religionis, virtus, justitia, fides &c. Ecquis enim sic insaniat, ut neget hæc cuncta in Republ. esse maxime utilia & necessaria.

§. 3. (3.) Respublica dicitur ordo cum aliorum Magistratum, tum maxime illius, qui summam potestatem habet; quibus non hoc vult *Aristoteles*, quasi in civitate solum ii essent respiciendi, qui cives regunt, & inter eos cum primis ille, penes quæ est τὸ κύριον, cæteri cives vel subditi nullo conferentur loco: Horum enim rationem quoque habuit, cum Rempublicam dixit ordinem civitatis, hoc nomine omnes cives & imperantes & parentes, complexus. Sed cum dixisset Rempublicam esse ordinem civitatis, id est, inter eos, qui partim imperant partim parent; nunc ordinem illum refert ad unum primum, a quo cætera dependent; nempe ad caput Reipublicæ, vel eum, qui *Majestatem* habet, cuiquæ cætera cuncta subordinata sunt. *Majestatis* vero vocæ quanquam veteres nihil ferme aliud significare solebant, quam *dignitatem, eminentiam, reverentiam, auctoritatem imperantium*, quo etiam in significatu de *Majestate* egit *x Lipsius*; nos tamen nunc recentiorum scriptorum vestigia sequentes, illud *Majestatem* vocamus, quod *Romani Scriptores* dicunt *rerum summam, rerum imperium, summum imperium, arbitrium rerum omnium, vim Imperii, Jus Imperii & summum rerum iudicium*. *Aristoteles* λ vocat τὸ κύριον, κυρία ἀλλων, τὸ κύριον τῆς πολιτείας. Hæc *Majestas* juxta eundem μ est *summa* ubique in civitate potestas; vel ut *Grotius* v describit, est *summa civitatis potestas, cuius actus alterius juri non subsunt*,

x 2. Polit. c. 16.  
λ. 1. 3. Pol. c. 6. &  
l. 4. c. 1.  
μ 1. 3. Pol. c. 6.  
de J. B. & P. l. 1.  
c. 3. n. 7.

traff. de Jure  
Majest. c. 3. 4.

utur alterius voluntatis humana arbitrio irrisi reddi queant.  
Confer & Graevini kelium. Atque hæc Majestas seu summa potestas est in ordine Reipublicæ quasi principium, præcipua pars, essentialis atque inseparabilis character, ita ut quæcunque civitas eam habeat, merito pro Republica habeatur, quanquam exiguis finibus viribusque contingatur, e diverso vero, quæ hanc non habeat, etsi potentissima sit, & plurimas ditiones complectatur, non tamen proprie Reipublicæ nomen & titulum mereatur; ut docuit *Vir Amplissimus atque Excellentissimus*; o DN. JO. ANDR. BOSIUS, *Historiar. Prof. Publ. celeberrimus, Præceptor noster ætatem colendus*, cum quo conferatur *Arnisæus*.

l. 1. MSS. de Notitia Orbis hodierni c. 2.  
Relect. Polit. l. 2. c. 1. sect. 1.

S. 4. Hinc a numero illorum, qui summam potestatem in Repub. habent, nascuntur diversæ Reip. formæ. Accidit enim ut Majestas in Republica vel sit *penes unum*, vel *penes uno plures*, non tamen omnes, sed *paucos*, vel *paucos multos sive universos*, aut *populum*. Unde surgunt tres Reipublicarum formæ, una, quæ ab uno regitur, & ab antiquis generali nomine appellatur *monarchia*, alio sensu, ut jam patescit, ac cum vulgo quidem quatuor Monarchiæ, Assyriorum nempe, Persarum, Græcorum & Romanorum in historiis commemorantur. De quibus *quæ omnia* quæ traduntur vulgo, certa & indubitata sint, nihil attinget nunc disputare. Altera, quæ a paucis, & a veteribus dicitur generali voce, *oligarchia*; Tertia quæ a multis vel universis, & veteribus vocatur communi Democratiæ nomine: Quæ distinctione, & antiqua, & valde celebris, & consensu quodam *Politico*rum recepta est, nisi quod interdum quædam confusio vocum occurrat. Ab ipso *Philosopho* etiam indicatur, cum ait: *πολιτεια δ' εστι το κρειον των πολλων. ειναι γνη δ' ειναι κρειον η ενα, η ολιγας, η τας πολλων.* Et *differtissimus Romuli nepotum* scribit, a *Placone Philosopho* que, se didicisse, *Republicas eum a Principibus teneri, eum a populo, aliter a singulis*. Pertinent huc illa *τ' απιστοι*

l. 3. Polit. c. 7.

l. 2. de Divin. c. 2.

Epist. 14.

*interdum si ea civitatis disciplina est, ut plurima per senatum transigantur, gratiosi in ea timeantur* Viri: interdum singuli, quibus potestas est populi, & in populum data est. Concise quoque hanc in sententiam, sed nervose, ut solet, *κατακλιθεὶς* v. l. 4. *Annal. c. 33.*  
 *Tacitus: Cunctas, inquit, nationes & urbes populus, qui Primores, aut singuli regunt. Herodotus etiam tres formas* p. l. 3.  
 *proponit, ἰσονομίαν, ὀλιγαρχίαν & μοναρχίαν. Innuunt & apud Dionysium Halicarnass. & Romulus & Romani* v. l. 2. & t. 4. A. R.  
 *Habet eas porro Xenophon, qui tamen Tyrannidem a Regno distinctam recensere videtur. Similiter & Ptolemaeus tres, ait, sunt Politiae formae, Monarchia, quae unius est, dominatio: Oligarchia, quae paucorum: Democratia quae penes populum summam gubernationem panis.*

S. 5. Commodissime vero haec Reipublicae divisio ita exponitur, ceu bene annotavit *a. Arniseus*: ut absolute partiatur Respublicas sine respectu ad virtutes & vitia earum. Nam haec tres formae Reip. deinceps porro ratione finis, quem imperantes intendunt scinduntur in partes, ut plures formae, bonae ac malae orientur. Etenim cum imperantes commune civitatis bonum, sine publicam utilitatem, quae juxta *β. Platonem & γ. Ciceronem* prima & suprema, in Republica lex est, *ρεῖθε*, οὐδ' αἰς vocantur, quales sunt, *Regnum, Aristocratia & Politia* in specie sic dicta. Cum vero commune bonum negligunt, & privatum quaerunt, degenerant a rectis formis & vocantur corruptae, depravatae, *Θβραῖ, παρὰ τὴν εἰρήνην* & sunt *Tyrannis*, quam inter & *regnum Dominatum*, velut mediam quandam formam quidam, alii vero *Regni* speciem faciunt, alii etiam *corruptis* accensent, *Oligarchia, Democratia.* Audiamus *Philosophum*: d. l. 3. *Polit. c. 6.*  
*Φαίεθ' ἂν τοῖνυν ὡς ὄσαι μὲν πολιτείας τὴ κοινῇ συμφέρον σκοπεῖσθαι, αὐτὰ μὲν ἀρετὰ πρὸς χάριν εἶσαι καὶ τὰ ἀπλῶς εἰκαμέν, ἄσαι δὲ τὸ σφίγγειν μόνον τῶν δεχόντων, ἡμάρτη μὲναι πρῶσαι, ἢ παρεκβάσεις τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν. Atque iterum ε: ὅταν μὲν οἷς, ἢ οἱ ὀλίγοι, ἢ οἱ πολλοὶ ὄρωσιν τὸ κοινόν* v. l. c. 7.



καὶ οὐδὲν συμφθερὸν ἀρχῶσι. Ἐστὶν αὖτε καὶ τὰς ἀνεγκλίον ἐπὶ τὰς πολιτείας. τὰς δὲ πρὸς τὸ ἴδιον, ἢ τῆς ἐνός, τῶν ὀλίγων, ἢ τῆς πλῆθους, παρεκβάσεις.

S. 6. Infuper & hæ formæ ab unione aut separatione  
*jurium majestatis*, quandam differentiam fortituntur,  
 prout scilicet illa vel junctim & indivisim apud unum  
 pluresve, vel separatim & divisim apud alios, aliosque  
 Republicæ ordines sunt. ita Respublica vel *simplex* vel  
*mixta* dicitur. *Simplex Respublica est, ubi Majestas est vel*  
*penes unum, vel penes uno plures indivisim. Mixta, ubi Ma-*  
*jestas est penes uno plures divisim, vel ubi parts formæ*  
*simplices conjunguntur & temperantur.* Atque hæc est  
 communis sententia, quam nimis abruptè & *Budinio*  
 aliique negarunt, cum eam e veteribus tradant & *Ho-*  
*crates*, & *Polybius*, & *Aristoteles*, & *Dionysius Halicarnassæus*,  
 & *Cicero*, e recentioribus *Grævius*, & *Empadius*, & *Aristo-*  
*tus*, & *Keckermannus*, & *Heiderus*, & *Charlius* ac alii plures.  
 Et sicut simplices Respublicæ vel rectæ vel corruptæ  
 sunt, ita etiam mixta vel recta est, quæ scilicet ex rectis  
 formis miscetur, & in qua imperantes ad communem  
 utilitatem respiciunt, vel corrupta, quæ ex corruptis  
 miscetur, & in qua imperantes privatam utilitatem  
 querunt. Nunc simplices Respublicæ formis breviter  
 describemus.

q. l. 2. de Rep. c. 1.  
 n. in Areopagit.  
 b. l. 6.  
 u. l. 2. Pol. c. 4. &  
 l. 4. c. 9. 12.  
 u. l. 7. A. R. & l. 8.  
 u. l. 3. de LL. & l. 1.  
 de Rep.  
 p. l. 1. de J. B. & P.  
 c. 3. n. 17.  
 n. parte 1. Reip. Ro-  
 mano-German.  
 num. 60. 61.  
 §. l. 1. Doctr. Pol.  
 c. 8. & l. 2. Relect.  
 Polit. c. 6. sect. 1.  
 o. l. 2. System. Polit.  
 o. 4. §. 5.  
 w. System. Philos.  
 Polit. c. 6. p. m.  
 982. §. 99.  
 c. l. 2. Polit. c. 6.

S. 7. REGNUM est *Monarchia*, seu summum unius im-  
 perium ad communem utilitatem respiciens. TYRANNIS-  
 contra est *Monarchia*, seu summum unius imperium respici-  
 ens ad privatam imperantis, non verò ad subditorum utilita-  
 tem. DOMINATUM verò ajunt esse *Monarchiam pri-*  
*mario salutem principis, secundario vero subditorum, vel bo-*  
*num publicum curans.* Hoc est, ut exponant, ubi vidus  
 aliquis & quidem plerumq; cum pleno jure successio-  
 nis in familia summum imperium obtinet, & ex usu suo  
 suæque domus liberrime administrat, ad eam etiam  
 finem personis rebusque subditorum arbitrato suo,  
 sed, tamen intra limites honesti ac liciti, utitur.

**ARISTOCRATIA** est summum imperium paucorum, plurimum tamen uno, ad salutem publicam socius civitatis directum. **OLIGARCHIA** speciatim & in sensum pejorem accepto vocabulo, est *Respublica vel summum imperium paucorum, plurimum tamen uno, ad propriam imperantium utilitatem directum.* **POLITIA** speciatim ista dicitur est *Respublica, ubi multitudo sive populus imperi ad communem omnium utilitatem.* **CONTRA DEMOCRATIA** specialiter voce sumpta, est *Respublica, ubi multitudo imperat, & ad suam respicit utilitatem.* De quibus omnibus latissime disputare possemus, nisi ad ipsam questionem, quam tractandam, sumimus, calamus vertendus esset.

## CAPUT SECUNDUM.

Optimæ formæ Reipublicæ nomine quid intelligatur. Quæstio ipsa proponitur, & a quibus tractata sit recensetur. Nulla Reipublicæ forma incommodis caret. Optima forma Reipublicæ absolute loquendo est Regnum. Regnum est antiquissima Reipublicæ forma, cuius & origo enarratur. Regnum ipsi naturæ conveniens est, & plerisque gentibus usitatum, Regna Europæa enumerantur. Regnum majora commoda præstat, quam alia formæ. Justitia in eo rectius administratur. An Princeps ipse jus dicere debeat? In Aristocrazia & Democratia facilis justitiæ lapsus est. Vulgi imprudentia & erga viros claros iniquitas. Concordia in regno consistit melius quam in aliis formis. Dictatura Romæ effugium. Regnum diutius durat quam alia Reipublica. Polybii, ac, ut videtur, Contareni opinio de optimæ Reipublicæ refutatur. Duo dubia adversus Monarchiam objecta proponuntur & solvuntur.

### §. I.

**E**X reſtione Reipublicarum formæ, quas descripsi-  
mus, quaenam sit optima & reliquis præſentibus  
quæritur? Ubi statim & simul apparet opti-  
mæ formæ vel Reipublicæ optimæ nomine  
dum utimur, nos intelligere eam quæ haberi poſſit,  
non illam optimam Reipublicam, quam Plato in ſuis  
libris de Republica tradidit. Nam in illis, etſi aliquid ſunt

res sunt plerique recondita doctrina ac sapientia, res  
 tamen politicae genere disputandi non admodum po-  
 litico, adeoque practica magis speculative, quam usus  
 vitz patitur, tractavit. Sicut autem multa in doctrina  
 Politica recte speculari licet, quae tamen non statim ad  
 usum & praxin transferri possunt, ita etiam optime  
 Reipublicae idea Platonis animo & oratione formari  
 potuit, quae haecenus tamen nusquam inventa est, aut  
 etiam institui potest. Videatur celeberrimus a DN. D.  
 Commingius. Quare cum Plotinus, ceu refert *β-Porphyrus*,  
 ab Imperatore Gallieno postulasset, ut in agro Cam-  
 paniae civitatem ad praescriptam *Phaenon* instauraret,  
 prudenter Consilarii propositum improbarant, quod  
 fieri haud posse credidissent.

*a. l. de Civili prud.*  
 c. 14.  
*p. in Vita Plotini,*  
*quae ejus operibus*  
*praeferuntur.*

*2. l. 3.*

*B. l. 7. c. 2.*

§. 2. Quod vero quaestionem attinet, tractarunt  
 eam jam olim magna industria pariter ac judicio apud  
 y *Herodotum* Otanes, Megabyzus & Darius. Scilicet  
 Cambyse Rege Persarum II. mortuo, & fratre quoque  
 ejus Smerde vel Mergide, e rebus humanis sublato.  
 Magus quidam Oropasta, ut vocat *Justinus* & Smerden-  
 simulat, imperiumque accipit, sed fraude detecta per-  
 pellicem, Optimates Persarum in eadem ejus se sacra-  
 menti religione obstringunt. Eo occiso, varia de fu-  
 tura Imperii administratione disceptatio agitabatur.  
 Otanes Democraticum Imperium, Aristocraticum  
 Megabyzus, Darius Monarchicum praeferebat, cujus  
 sententia tandem quoque fuit approbata. *Polybius* quo-  
 que per illustrem digressionem, *Dio Cassius* & in orati-  
 onibus *Agrippae* & *Mecrenatis*, de illa egerunt, ac in-  
 ter recensiones plurimi, variae sententiam ferentes.

*in lib. 6. Histor.*  
*2. lib. 52.*

*Not. Polit. in*  
*Tit. l. 4. c. 33.*

*de diff. de Charact.*  
*Not. Resp. 5. 11.*

*Qua disputatione, ut scribit q̄ illustris DN. Forstnerus, nihil*  
*hactenus profectum est, quam quod claruit inde, nullam omni-*  
*bus numeris absolutam potuisse fingi Rempublicam, & ubique*  
*esse, quae omnium sub sole rerum imperfectionem arguant. Ac*  
*apparuit, ceu Excellentissimus DN. Bossius inquit, qua-*  
*libetque gubernationis formam animo suseris, nonquam*

*incom-*

*inconmodis aut periculis plane carituram.* Quod jam dudum & ipse Romulus agnoverat, qui in oratione de Romana Republica orandam ait, *nullam formam Reipublicæ ab omni parte sinceram esse, quod cuique aliquid in se mali, fato quodam agnatum:* Interea tamen nemo inficiabitur, unam reliquis nihilominus præferri posse,

§. 3. Sicut autem in Metaphysica bonum optimumve dicitur vel in se & absolute, vel alteri & comparate ad rem subjectam: Ita etiam e formis Rerum-publicarum rectis possumus unam nominare optimam, cum *absolute* & sine subjecti mentione, pro ut in se considerata pluribus prærogativis gaudet, quam reliquæ formæ; tum *comparate*, quæ in hoc vel illo subjecto, in hoc vel illo populo, hoc vel illo loco, hoc vel illo tempore &c. est reliquis melior, vel optima. Nunc si *absolute*, quærat quænam optima ex rectis Rerum-publicarum formis sit? dicimus nec Aristocratiam, nec Democratiam, nec Aristocratiam cum populi imperio temperatam, nec mixtam e tribus rectis formam, ut vult *Polybius*, cui consentit, vel certe non admodum diversa est sententia *Contareni*, optimam Reipublicæ formam esse, sed haud dubie REGNUM cæteras omnes antecellere. Sequimur hac in parte *Excellentissimum Dn. BOSIUM*, v. *Lipsum* & *Keckermanum*, v. *Bodinum*, *Gregor. Tholosanum*, & *Johannem Chokier*, v. *Arnisaum*, *Heiderum*, & alios ab his duobus postremis pro sententiâ nostrâ in medium productos. Imo ipse v. *Aristoteles* Regnum alicubi vocat *πολιτείαν βασιλικήν*.

§. 4. Regnum ortu antiquissima Reipublicæ forma est, *πρωτη*, ait *Φ. Aristoteles*, *καὶ πρώτη τῆ βασιλεία.* *Justinus* præfatur: *Principio rerum, gentium nationumq; imperium penes Reges erit. Primum in terris imperii nomen Reges fuisse* *Sallustius* scribit. Ex societatum progressu naturali regni ortum ante reliquas Respublicas ducit *Aristoteles*. Nempe in domibus privatis pri-

nam dominabatur pater, postea ex liberis & natis na-  
 torum propagabantur gentes, oriebantur pagi, in qui-  
 bus de consuetudine domestica, pristinam apud nepo-  
 tes suos reverentiam & autoritatem obtinebat *ὁ πα-  
 τὴρ ἡγεμὼν*, sive *grandævus Pater*, donec sensim ad civi-  
 tates processu fuit, & mutata multitudine parentium,  
 imperium domesticum quoque mutatum in publicum,  
 paternum in regium. Regium imperium cum paterno  
 etiam *α* alibi comparat. Aliam adhuc, sed non minus  
 ex naturæ ductu regno originem *β* assignat. Priscis  
 enim temporibus, ait, civitates admodum parvas fu-  
 isse, & in illis fuisse difficile unum aliquem virtute pru-  
 dentia & justitia excellentem invenire. Quem tamen  
 cum ceteri invenissent, ei regnum offerebant. Ob  
 beneficia etiam regnum juxta *eundem δ* delatum est,  
 nempe iis, qui magna beneficia heroicis temporibus  
 contulerunt in populos, vel per artes, vel per bellum,  
 vel per congregationem in unum; vel propter acqui-  
 sitionem regionis. Conferatur *ε* *Herodotus*, *ζ* *Cicero*,  
*η* *Justinus*.

l. 8. *Ethic.* c. 12.  
 C. l. 3. *Polit.* c. 14.  
 β. l. 3. *Pol.* c. 15.  
 ε. 5. c. 10.

δ. l. 3. *Pol.* c. 14. C.  
 l. c.

l. 1.  
 ζ. l. 2. *Officior* C.  
 lib. 3. de LL. c. 2.  
 η. l. 1. c. 1.  
 θ. *Sid. DN. BOSIUS*  
 l. 1. de *Notitia or-*  
*dis hodierni* c. 3.  
 MSS. *Arniscus* l. 2.  
*Herod.* *Pol.* c. 2.  
*Sid.* 1.

§. 5. Ut clarius appareat antiquissima regni ori-  
 go, rem ita sese habere existimamus: *θ* Regni primam  
 originem a DEO esse, qui instituit Politicam & socie-  
 tatem & potestatem, cujus providentia cum ingenti nu-  
 mero humanum genus auctum esset, homines instinctu  
 indito ad vitam socialem sui que conservationem, ab  
 ipsa necessitate & egestate sunt excitati, ut quem pru-  
 dentia & justitia laude præcellere nosset, illum Regem  
 sibi eligerent. Ac jecisse Deum fundamenta Hierarchi-  
 arum Politicæ, Ecclesiasticæ & Oeconomica in ipso  
 mundi exordio: Theologi docent, ac probabile est, er-  
 si in statu innocentia permansissent Protoplasti, ordi-  
 nem tamen aliquem, & relationem quandam in officio  
 consulendi eligendique futuram fuisse, (quanquam  
 longe aliam, quam quæ hodie obtinet, parentibus  
 atque imperantibus æque molesta,) haud dubie sub  
 capite

capite Adamo, qui imperio dignissimus & totius generis humani autor. Post lapsum non sine causa conyuncimus, Adamum ut liberorum patrem & auditorum suorum Pastorem, ita & familiarum, dum viveret, Principem fuisse, ac iis saltem moderatissime imperasse forma imperii patrii. Multiplicato vero humano genere, cum familiarum dispersæ essent, ac in vicos & civitates coisissent, credibile itidem est, ad modum regiminis prioris, autoritate Principis sui, Senioris familiarum & Patriarchæ reliquos gubernatos fuisse forma imperii patrii, & fortasse quoque Theocratici. Sed apud impios Cainitas videtur regnum violentius ortum fuisse cum ipso Caino, quem probabile est, urbe condita, regnum adhuc vivo patre fundasse, mortuo firmasse, & filiis atque posteris tradidisse. Videantur *Augustinus & Josephus*. *l. 15. de Civ. DEL. c. 20. / l. 1. Antiq. Jud.* Post diluvii universalem pœnã emerfit novum sub Noacho imperium, cœlitus armatum gladio & legibus, cujus formam eandem fuisse, quæ priorum antea, verisimile putamus, atque in Semi posteris diu postea obtinuisse. Sed cum Noachi posteris dispergerentur, & orbem implerent, paulatim varia regna, principatus, Dynastia exoriebantur, veruntamen intra singulas fere urbes continebantur. Singulæ enim urbes a singulis fere Regibus regebantur, finesque regni tueri magis, quam proferrimos erat, donec quidam dominandi cupiditate, aut etiam injuriis irritati, bella intulerunt finitimis, & proxima quæque vi atque armis perdomare ac sibi subicere cœperunt; ante quos jam in talibus patrands præcipuum fuisse Nimrodum, nos Sacra historia haud finit dubitare.

§. 6. Præterea gubernandi ratio Monarchica ad ipsius naturæ cursum aptissima est, ejusque vestigia & imago elucet in cæteris animantibus, & rebus naturalibus. Dux unus in gregibus & in armentis Rector unus. Inter græves unus veluti consensu reliquorum princeps electus, agit & moderatur gregem. Videatur

A. C. 1. de Hist. ani-  
mal. c. 1.  
p. 1. 11. Hist. Nat.  
c. 17.  
s. L. 1. de Clement.  
c. 19.  
h. epist. 91.

p. Tacit. 1. 1. Ann.  
c. 12.

p. L. 6. de Rep. c. 4.

p. in Tacit. Ger-  
man. quæst. 55.

c. 1. 3. de Lib. c. 2.

A Aristoteles. In apibus Rex uisus. Confer et Plinium.  
Pulchre et Seneca: Natura commenta est Regem, quod & ex  
aliis animalibus licet cognoscere, & ex apibus, quarum Regi  
amplissimum cubile est, medioq; & surtissimo loco. Et & alibi:  
Mutis gregibus aut maxima corpora presunt, aut uehementi-  
ssima. Non precedit armenta degener taurus, sed qui magni-  
tudine ac toris ceteros mares uicit. Elephantorum gregem  
excelsissimus ducit. Utque solem in cælo esse unum, non  
plures expedit; ita & omnium imperii corpus unius animo  
regendum uidetur, ceu ad Tiberium Asinius Gallus di-  
cebat. Sive familiam, ait et Bodinus, qua est ipsa Reipublice  
imago, sive corporis humani ac membrorum omnium una  
cum ipso capite coagmentationem, sive solis unius in tot sidera  
splendorem fulgentissimum, sive ceterorum animantium gre-  
ges & Armenta, atq; adeo apum examina, sive mundi totius  
statum, cui præest unus idemque Optimus maximus Princeps,  
inueniri placet, profecto regale ciuitatis genus ceteris omnibus  
prestabilis est dicendum. Hoc quidem exemplum maximus  
Turcarum rex Solymanus (sed male omnino) usurpauit;  
cum Mustapham filium e Perside postluminio redeuntem, &  
incredibili totius exercitus acclamatione plausibusque exce-  
ptum necari, & coram exercitu mortuum projici iussisset,  
hoc uelut oraculum promulgari mandauit terribili uoce præ-  
conis: Unus est in cælo DEUS, unus in terris Sulcanus. Con-  
fer et Berneggerum.

§. 7. Unde quoque plerasque gentes in hanc Im-  
perii formam consensisse legimus, imo omnes anti-  
quas gentes Regibus primum paruissæ Cicero et affir-  
mar. Si eamus per annales, & ueterum replicemus  
monumenta, uidemus Reges habuisse Ægyptios, As-  
syrios, Chaldaeos, Æthiopes, Persas, Græcos, Roma-  
nos & omnes fere in Asia, Africa & Europa populos.  
Quod si nunc quoque per orbem uulcorum circumfer-  
ramus aciem, pleraque Imperia in Asia, Africa, Euro-  
pa atque etiam America, Monarchica esse ac dici, ne-  
mo negare potest, nisi rerum omnium rudis & extre-  
me

me ridiculus ac temerarius. In ipsa nostra Europa, præ-  
 ter illa Imperia, quæ speciatim ita vocantur, qualia  
 sunt, Imperium Romano-Germanicum, Imperiumque  
 Turcicum, quibus fortasse haud male addiderit ali-  
 quis, Imperium Moscoviticum, multa regna hodieque  
 existunt. Et I. quidem Hispanicum, hodie post amissam  
 Lusitaniam, duodecim regna Hispanica complectens,  
 scilicet Legionis, Gallæciæ, Andalusie, Granatæ, Mur-  
 ciæ, Valentie, Arragonie, Cataloniæ, Navarræ, Casti-  
 liæ veteris, Castiliæ novæ, ac insularum Balearum. II.  
 Regnum Lusitanicum, Portugalliæ Algarbiæque regna  
 complectens. III. Regnum Neapoleos & Siciliæ in Ita-  
 lia. IV. Regnum Galliæ. V. Regnum Poloniæ. VI. Re-  
 gnum Dania. VII. Regnum Norwegiæ. VIII. Re-  
 gnum Sueciæ. IX. Regnum Hungariæ cum adhären-  
 tibus Croatiæ & Dalmatiæ. X. Regnum Bohemiæ.

§. 8. Insuper longe majora commoda mortali-  
 bus imperandi forma Regia præstare potest, ac alia  
 Republicæ forma. Justitiæ plus est in Monarchia,  
 quam in cæteris Rerum publicarum formis, minus no-  
 xæ & corruptelæ. Nam aut Princeps, per suos consili-  
 arios, iudices & ministros jus reddit subditis, ita ta-  
 men ut semper ad eum fieri possit provocatio; aut ipse  
 hoc exsequitur. Si prior modus placeat, vel ideo non  
 facile locus corruptelæ, quod timeant ministri Princi-  
 pis autoritatem, & metuant, si jus venale facerent,  
 pœnas. Posterior modus placuit quondam Augusto,  
 qui *ius dixit assidue, & in noctem nonnunquam, si parum*  
*corpore valeret, lecticæ pro tribunali collocata, vel etiam do-*  
*mi cubans.* Ejus successor Tiberius *in patrum cognitioni-*  
*bus non satiatus, iudiciû assidebat in cornu tribunalis.* Clau-  
 dius quoque *in laboriosissime dixit, etiam suis suorumque*  
*diebus solennibus nonnunquam festis quoque antiquitus &*  
*religiosis.* Qui modus si & nunc fortasse placuerit Regi-  
 bus, eo brevior justitiæ erit, & subditi, præsertim po-  
 tentiores, responso libenter æquiescent, & nemo au-  
 debit

*Sueton. in Tit. c. 33.*

*v. Tacit. l. 1. Ann. c. 75. 61. & Sueton.*

*c. 33. in Tit. & Sueton. in Tit. c. 14.*



debet eum corrumpere, quæ novit regio animo omnia  
 ea media contemnere, quæ in hominibus privatis af-  
 fectum sordidum gignere alias solent. Sed quoniam  
 temporum nostrorum genius hanc simplicem veterum  
 Regum facilitatem respuere videtur, quæstio orta est  
*an Princeps sive Rex ipse debeat pro tribunali jus dicere? Ap-*  
*ponemus judicium DN. J. Forstneri: Dignum sane, in-*  
*quit, majestate principis videtur cum re ut judices, & magi-*  
*stratus sancte & innoxie imposto sibi munere fungantur. I-*  
*psum autem ordinario tribunali presidere, quod memortati fe-*  
*cere Principes, & alienum a dignitate regia foret, & curam*  
*Principis publicares, non privatorum litigia exposcunt. Sint*  
*igitur Magistratus, sint judices, ad quos privati confugiant,*  
*sed sint quoque Principes, qui judices judicent. Egerunt*  
 aliàs etiam de hac quæstione prolixè *J. Bodinus*, brè-  
 viter *W. Arnisaus*, & aliquando a Principe ipso hodie-  
 que utiliter & decore jus dici posse ac debere, probare  
 conatus est *a Lipsius*.

*X. Not. Polit. in  
 Tacit. l. 1. A. c. 75.  
 §. 1.*

*J. l. 4. de Rep. c. 6.  
 a. l. 1. Polit. c. 15.*

*a. not. ad l. 2. c. 11.  
 Polit. §. 8. & Mo-  
 nit. Pol. l. 2. c. 9. §. 2.*

§. 9. At vero in Aristocratia multo facilior justitiæ  
 lapsus, & frequentior corruptelæ locus est. Insinuat se  
 sæpe, & irrepit animos ambitio ac æmulatio, corrup-  
 punturq; sententiæ pro ratione amoris, odii, pecuniarum,  
 cognationum, affinitatum, factionum & aliarum  
 causarum. Neque hic singuli tantam rationem ha-  
 bent suæ sententiæ, ac unus Monarcha, qui novit sibi  
 uni esse rationem reddendam de judicio suo, sibi que  
 soli exedendum esse, si quid intriverit, ideoque tam  
 metu pœnæ, quam conscientia dictamine, legibus ju-  
 stitiæ additiorem se præstare creditur. Sed Optima-  
 tes si quid injuste decreverint, multitudinis clypeo se-  
 se protegunt, ac fieri arbitrantur impune, quod sit fi-  
 ducia multorum, cujusque ultio a tota universitate  
 haud facile exigi potest. Quin & illud accidere solet,  
 ut cum leges ferantur in Aristocratia, plerumque  
 Optimates ordinem suum quibusdâ privilegiis muni-  
 ant, a rigore earundem, ac durioribus suppliciis exi-  
 mant.

mant, aliquando etiam, cum degenerare jam ceperint, impunitatem eidem promittant; quo quidem nihil potest introduci in Rempublicam funestius.

§. 10. De Democratia quid dicamus? Regitur plebs affectibus, inconsulta ei inest ignorantia & temeritas artibus virtutibusque inimica, ac ubi suo ingenio relinquitur, malitiosa saepe pertinacia & multitudine sua freta, nocentibus impunitatem flagitat, & innocentes, quos forte adversos habuerat, aut se habituram existimat, scelerate condemnat. Recte proin Xenophon β: *In plebe, ait, plurimum inscitia, confusionis, im-* β. l. de Rep. Athen. probitatis est. Et rursus: *Mibi dubium non est intelligere populum Atheniensem, qui sint egregii cives, qui nullius momenti.* Quamq; hoc intelligant, amant eos qui sunt utiles ipsis, & commodi, licet nullius pretii sint: egregios autem potius odere. Nimirum ut γ *Job. Mariana* scribit, *libera civitates ad-* γ. l. 2. de Reb. Hispan. c. 1. *versus clarissimum quemque civem opinionem habent, atque Reipublica principes invidia lacerare solent; Quibus malo saepe fuit, excellentibus virtute atque industria fuisse.* Et quidem popularium fere civitatum summa lex est δ, δ. Vid. Rosin. l. 8. c. 2. A. R. ne cui vis inferatur, ne quisquam quantumcumque scelus five in Deos, five in homines admiserit, capite feriat. Quin etiam Romanis legibus cavebatur, ne verberibus civem cedere liceret. Itaque Verres, ut alios silentio prætereamus, divinis & humanis legibus proculcatis, repetundarum & peculatus, & omnium fordium, & corruptelarum reus, iudicis publico damnatus, gravissimam poenam Reipublicæ pendere visus est, quod ex urbe excessisset. At clari boni ac justi viri, rebus præclare gestis, puniti exilioque damnati sunt. Thesea Athenæ, quas condiderat, ejecerunt; ab iisdem ζ Pericles in multam, Miltiades in vincula, Thucydides, Themistocles, Aristides; Cimon, & alii in exilium. Socrates & Phocion η ad mortem damnati sunt. Roma quoque popularis ejecit Martium Coriolanum, Scipionem Africanum & Metellum; Camillo

C

aqua η. Diogenes Laert. in Socrat. Aelian. l. 1. V. H.

*Plutarch. & Cornel. Nep. in vit. Phocion ValhMax. l. c.* aqua & igne interdixit, Sciponem Asiaticum in carcerem compegit, Africanum minorem domi interficere permisit. Quorum exemplorum copiam exhibebit historia Romana. Insuper quemadmodum in populari statu omnia imperia, magistratus & officia publica sunt venalia: ita quoque a sordibus & corruptelis nihil sanctum vel purum esse potest. Confer quæ de vulgi natura † *Liſius* & † *DN. Boecklerus* tradunt.

† l. 4. *Polit. c. 5.*  
† *differt. de Notit. Reip.*

§ II. II. Tranquillitas & concordia publica, maxima civitatis bona, longe rectius in Monarchia conservantur metu, amore atque auctoritate Principis, quem unum omnes respiciunt, quique unus omnia potest, & jus vitæ ac necis habet. Itaque merito animi magis domiti & fracti sunt, & colla ad jugum inclinant. Contra in formis Polyarchicis non diuturna est concordia, sed facile oritur dissensio inter Patres ac populi tribus, suntque controversiæ modo de legibus ferendis, modo de creandis magistratibus, modo de bello indicendo ac finiendo, modo quod fœdus alii quidem cum hoc, alii cum illo Principe malint, aut suffragia principibus pluris licitantibus addicant, modo de aliis ad Rempublicam spectantibus rebus, quibus rumpitur concordia publica, & proveniunt suspiciones, odia, similitates, inimicitia, factiones, ambitio, avaritia, e quibus deinde surgunt turbæ, seditiones, bellum civile, exitium. *Concordia res parva crescunt, discordia maxima dilabuntur*, Micipsæ apud *Sallustium* sententia est. Unde *Thucydides* testatur res Atheniensium felices habuisse successus, quamdiu *Pericles* eas ex sua unius sententia gereret, post eum vero iterum pessum, ivisse. Et præterquam quod ea, quæ dicta sunt, omnis ævi historia loquantur, clarissime etiam confirmat Respublica Romana, in qua quam frequentes discordiæ, turbæ, seditiones, bella, tumultus extiterint, postquam Monarchia exactis Regibus in Polyarchicas formas mutata fuerit, usque ad *Augustum*,  
nimis

o. *conf. Orat. Darii*  
*ap. Herodot. l. 3.*

o. *in Jugurthina.*  
*u. l. 2.*

nimis longum esset h. l. enarrare. Suffecerit quod tra-  
 dente λ Tacito, suspectum tandem fuerit Senatus populique  
 imperium ob certamina potentiorum, & avaritiam Magistratu-  
 rum: invalido legum auxilio, qua vi, ambitu, postremo pe-  
 cunia turbantur. Et quod μ Augustus cuncta discordiis  
 civilibus fessa, nomine Principis sub imperium acceperit, at-  
 que tunc omnem potestatem ad unum conferri pacis inter-  
 fuerit, quodque ξ discordantis patria non aliud remedi-  
 um fuerit, quam ut ab uno regeretur.

λ. l. i. c. 2.  
 μ. l. v. c. 1. §. 3.  
 ν. Tacit. l. i. Histor.  
 c. 2.  
 ξ. l. i. Ann. c. 9. §. 4.

§. 12. Imo jam ante Romani, quamvis respuerent  
 post exactos Tarquinos nomen Regium, tamen po-  
 testatem in Republica supremam sapius in uno ali-  
 quo, quem Dictatorem vocabant, reponebant, atque  
 ad unius imperium in summis necessitatibus, periculis  
 ac bellis velut ad sacram anchoram confugiebant. Ita  
 cum plebs tumultum excitasset, o agite, inquit Appius  
 Claudius, Dictatorem, a quo provocatio non est, creemus.  
 Jam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. Pul-  
 tum tibi licetorem, qui sciet jus de tergo vitaeque penes  
 unum illum esse, cujus majestatem violavit. Ac cum π ma-  
 gni undique terrores circumstarent, apparetque omnibus  
 non odio solum apud hostes, sed contemtu etiam inter socios  
 nomen Romanum laborare, placuit dici Dictatorem M.  
 Furium Camillum. Sic & Q. Servilius Priscus & cum  
 Aequi Volscique 2 versus Romanos bellum instaura-  
 rent, appellati Tribunos, ut in tanto discrimine Republica  
 Dictatorem dicere Consules pro potestate cogant. Cum Hanni-  
 bal Italiae bello suo gravis esset, ad σ Dictatorem dicendum  
 remedium jamdiu desideratum, nec adhibitum, civitas confu-  
 git. Ex quibus simul apparet, quam utile sit tempore  
 belli Imperium unius. Contra τ Livius tradit tres Tri-  
 bunos consulari potestate creatos planum fecisse, quam  
 plurium imperium bello inutile esset, tendendo ad sua quisque con-  
 silia, quum aliud alii videretur, aperuerunt ad occasionem lo-  
 cum hosti. Ac profecto Imperatorum plurium dissensio  
 saepe maximos exercitus perdidit, ut ν Nicias in Sicilia,

ο. Liv. l. 2. c. 29.  
 π. Id. l. 6. c. 2.  
 ρ. Id. l. 4. c. 26.  
 σ. Id. l. 22. c. 8.  
 τ. l. 4. §. 31.  
 ν. Plutarch. in Nicias

φ. Lib. l. 21. c. 52. seqq. φ Sempronii & Scipionis ad Trebiam, & Varronis &  
 2. Lib. l. 2. c. 45. Pauli ad Cannas. Quod si bellicæ res summa laude ac  
 seqq.

facilitate ab uno geruntur, quis Rempublicam tempo-  
 re pacis etiam ab unius summo Imperio melius quam  
 a plurium regi non animadvertat? Sive respicias ad  
 Imperii decus ac majestatem, sive ad ea, quæ decreta,  
 exsequenda, sive ad populi motus coercendos, sive ad  
 potentiorum injurias castigandas, sive ad Imperii ar-  
 cana retinenda, consiliaque celanda, sive ad omnia ea,  
 quæ in Republica maxima sunt, obeunda. Quæ cun-  
 ctâ exemplis ac rationibus firmari possent, si tam late  
 divagari angustus hic chartarum circus permitteret.

§. 13. Unum addimus, Monarchiam esse statum  
 omnium firmissimum, & maxime diuturnum. Quippe  
 historiarum monumenta testantur, nullas Respublicas  
 diutius durasse, quam Monarchicas. Reliquæ non  
 usque adeo durabiles fuere, nisi fortasse Veneram &  
 alias quasdam parvas Respublicas excipere velis, va-  
 lidiorum tutela aut amicitia firmas. Sparta ψ, quæ  
 nihil videbat, moribus aut viris melius, vix quingen-  
 tos annos tenuit libertatem. Athenæ sæpe mutarunt  
 & oppressæ iterum capite extulerunt, sed turbidæ sem-  
 per ac in metu, aut potentioribus obnoxia. Theba-  
 norum status una cum Pelopida & Epaminonda ce-  
 pit ac finitus est. Romana Republica Poliarchicum  
 statum annos cccclxxx servavit. Sed quid hæc dura-  
 tio ad principatus? Cujus Democratia aut Aristocra-  
 tia ætas comparari potest ad imperium Scytharum,  
 de quo prolixè agit ω Justinus, aut ad Monarchiam  
 Assyriorum, cui a Nino usque ad Sardanapalum an-  
 nos, c10 ccxxx α Eusebius, Justinus β vero c10 ccc, γ  
 Diodorus Siculus c10 cccclx tribuunt. Quid de Egyptio-  
 rum olim Regibus dicatur? millia plura annorum nu-  
 merant, usque ad Cleopatram.

§. 14. Quod denique illam spectat sententiam  
 Polybi & Contareni, optimam eam esse Reipublicæ for-  
 mam

ψ. Conf. Lipsium  
 l. 2. monit. Palis.  
 c. 11. n. 6.

α. l. 2.

α. Chronic. l. prior.  
 p. 24. edit. Scaliger.  
 β. l. 1. c. 2.  
 γ. l. 2.

nam, quæ e tribus rectis mixta sit, putantium illis, cum  
*d. diff. de Charact. B. Reip. s. 15.*  
*1. 1. 4. Annal. c. 33.*  
*d. diff. de Notitia Reip.*  
*1. 1. 6.*

*Excelsentissimo* DN. BOSIO obvertimus pragmati-  
 cum *Taciti* iudicium, quod ipsa experientia rerum  
 magistra comprobat. Sic vero scribit: *Cunctas nationes & urbes populus, aut primores, aut singuli regunt: delecta ex his & constituta Reipublica forma laudari facilis, quam evenire, vel si evenit, haud diuturna esse potest.*  
 Sane difficile inventu esse exemplum alicujus illustri-  
 Reipublicæ, quæ non *Φαινομένης*, sed *ἀληθῶς* ex  
 omnibus tribus formis sit composita, etiam *ζ* DN.  
 Bœclerus annotavit, frustra nitentibus aliis, quibus  
 ea mixtio esse in quibusdam Rebuspublicis videtur.  
 Non refragabuntur *Tacito*, quicumque naturam & in-  
 dolem civilium rerum paulo exactius intelligunt,  
 quique non tam quod speculationibus congruit, quam  
 quod conditio rerum earumque usus patitur, per-  
 pendunt. Et si maxime talis Reipublicæ status, cui  
 unaquæque forma tribuat, quod purum ac eximium  
 habet, esset, quæ duratio & constantia ab eo sperari  
 potest, cum ipsa ejusmodi compositio, semina cer-  
 taminum contentionumque de statu in se contineat?  
 quomodo concordabunt duæ species Reipublicæ pe-  
 nitus contrariæ, Regnum & Democratia? quam raro  
 evenit, ut civili societati, vitæque usui accommodatum  
 & firmum sit opus, in quo nimia accuratio, &  
 numeris omnibus absoluta perfectio quæritur. Le-  
 gantur omnia ea, quæ *Excelsentissimus noster Præceptor*  
 curate disputavit.

*S. 15.* Finiissemus hoc caput, nisi duo, quæ for-  
 tasse speciosius quam verius objiciuntur Monarchiæ  
 præstantiæ, taciti hic præterire nollemus. Unum est,  
 in monarchia facile fieri, ut Rex, homo unus corrup-  
 paratur, adeoque legibus solutus, impune faciat, quod  
 libet, ac ex sua potentia præter licentiam usurpet  
 nihil, sicque in tyrannum degeneret. Quod exem-  
 plis comprobare non est difficile, & objecit tale quid

contra Monarchiam etiam Otanes apud *Herodotum*. Alterum est, quod non quisque Regum, præprimis in Regnis successivis, ceu vocant, tanta prudentia constantiaque dotatus sit, ut justum æquumque in omnibus exacte observare queat, ac ut capax vere sit tantæ molis, & cuncta regendi oneris. Hæc ut dissolvamus, non opus est gladio Regis illius Magni, non enim sunt nodi Gordii. Breviter & (1.) quidem generatim & nos-Regnum neutiquam ab omni labe, ab omni in commodo absolvere. Nam jam in superioribus diximus, nullam omnibus numeris absolutam esse Rempublicam, nullam formam Reipublicæ plane carere incommodis, ubiq; argui imperfectionem. Sed (2.) si incommoda, quæ in Monarchia oboriri solent, conferas diligenter cum incommodis, quæ in reliquis formis eveniunt, animadvertes in his multo plura & graviora, quàm in illa. (3.) Sunt quædam vitia quæ rebus imputantur, cum personarum sint propria, earumq; pravitati cohærent, (4.) Via ad tyrannidem & licentiam in Aristocratiâ & Democratiâ æque proclivis est quam in Monarchiâ. Confer *Aristotelem*. Nullam Rempublicam magis obnoxiam Tyrannidi esse ac Democratiâ, docent *Plato*, *Aristoteles*, *Polybius*, *Dionysius Halicarnassæus* & *Arnyseus*. Sed & ex *Aristocratiâ*, si multos optimates in Reipublicæ societatem recipiant, exurgere solent Tyranni. Sic de Sicyoniorum Aristocratiâ testatur *Plutarchus* quod popularium oratorum contentionibus distractâ, perpetuisque turbis agitata, varios ex ordine tyrannos pertulerit. Quod si pauciores sint optimates, æque facile degenerant & corrumpuntur ac Rex unus, ut apparuit ex Decemviris Romanis, & xxx. Athenarum Rectoribus apud *Livium* & *Xenophontem*. Tunc profecto multo gravius est pluribus, quam uni Domino fervire. (5.) Quod de prudentiâ idonea dicebatur, antecellit Monarchiâ Aristocratiâ & Democratiâ. Facilius est unum aliquem prudentem invenire quam

1. l. 5. Pol. c. 10.

2. l. 8. de Rep.

2. l. 5. Pol. c. 5.

4. l. 6.

3. l. 6. A. R.

2. Relect. Pol. l. 2.

c. 3. sect. 7.

c. 6. sect. 4.

c. 7. sect. 2.

6. in Arato.

1. l. 3. c. 36.

c. l. 2. Græcar.

Historiar.

quam multos & omnes. Multitudo nihil addit prudentia, sed armat quandoque temeritatis precipitantiam. Proh quæ vulgi incertitia & ignorantia est? Legantur ea quæ apud *Herodotum* Megabyzus contra Democratia disputavit. Veram ponamus deesse aliquando Regi prudentiam idoneam ac sufficientem, & magis esse in senatu, quam in unius hominis iudicio, præcipue quem necessarium hæredem dederit natura, annon poterit Rex adscitis Consiliariis, lecto que Senatu hunc defectum refarcire? *Potest facere Rex, ceu Mæcenas ad Augustum* & inquit, *ut prudentissimi consilia ineant, artibus imperatoris instructissimis exercitus ducant.* Vide de Consiliariis Principum *u. Livium*. Nec (6.) fatis est prudentem esse, prudenter consilia excogitare, nisi quoque adfit prompta executio, quæ in Monarchia longe promptior, faciliior & felicior est, quam in Aristocratia aut Democratia. Plura pro Regni excellentia non adducimus brevitatis causa. Concludimus sententia *Darii ex Herodoto: imperio unius viri, qui optimus est, nihil melius esse constat.* Ac illo *Liviano: Regnum res inter Deos hominesque pulcherrima.*

### CAPUT TERTIUM.

Comparete loquendo alia atque alia forma Reipublicæ est optima. Forma & leges Reipublicæ ad naturam populorum accommodandæ. Populi orientales & servili ingenio præditi commode reguntur Monarchia. Qualis forma regiminis Europæis gentibus plerisque aptissima? In uno imperio modo alia atque alia forma regiminis esse potest optima; quod monstratur exemplo Reipublicæ Romanæ.

§. I.

**C**onsideravimus hætenus Optimam Reipublicam absolute, eamque Monarchicam esse affirmavimus. Quod si vero comparete quærat, cum respectu ad hunc vel illud populum, ad hoc vel illud tempus, &c. tunc fieri potest, ut non tantum Monarchia, sed & Aristocratia,



& Democratia, & aliqua Respublica mixta reliquis  
 præstet, & accidere, ut quæ Imperii forma huic ci-  
 vitati est optima, alteri minus conveniat. Quemad-  
 modum enim in toto genere animantium non modo  
 innumerabiles sunt figuræ, verum etiam earum,  
 quæ figuram eandem habent, maxima varietas est:  
 Sic hominum inter se admirabilis est ac pene incre-  
 dibilis dissimilitudo, variaque in variis locis popu-  
 lorum naturâ, quæ modo hanc Reipublicæ formam,  
 modo aliam libentius ferunt ac diutius patiuntur,  
 quoniam modo hæc, modo alia forma illorum inge-  
 niis atque naturæ similior ac aptior existit. Quare  
 a. l. 5. de Rep. c. 1. *α Bodinus* de omnibus Rerumpublicarum arcanis  
 nullum majus esse asserit, quam ad varios gentium  
 mores ac naturas civitatis cujusque leges ac formam  
 congruentem accommodare. Nam quemadmodum  
 sapiens architectus ædificium diuturnum ac stabile  
 extructurus, ad cujusvis materiæ naturam atque con-  
 ditionem, formam adaptat congruentem; quemad-  
 modum Medicus, quemadmodum is qui equitat  
 respectum habet ad subjectum: ita & eum, qui alicui  
 populo inducere vult aliquam Reipublicæ formam  
 illam unâ cum legibus ad naturam & ingenium ejus  
 accommodare oportet. Noscenda est populi, quem  
 regere vis, natura, quique eam callet, dicitur non  
 immerito prudens. Ac multi profecto, dum nimis in  
 considerate civitatis formam alienam a moribus po-  
 puli instituerunt, imperia florentissima aut amiserunt,  
 aut everterunt. In quo etiam magnos, ut sic dicamus,  
 solacismos fecit Dux Albanus, ac vel ideo Regi Hi-  
 spaniarum Belgium amisit & una sumptus incredibi-  
 les, quod Belgis, libertati assuetis, paulo severius &  
 ultra quam natura, ingenium & libertatis privilegia  
 patiebantur, dominari, & inquisitione Hispanica, qua  
 adversus alios populos, servituti propiores, feliciter  
 Hispani usi erant, adversus hos quoque uti conaretur.  
 Sed vide *β Besoldum & γ Bodinum*.

β. peculiar. dissert. de  
 natur. populor.  
 γ. l. 5. de Rep. c. 1.

S. 2. Quam

§. 2. Quamobrem si hæc quæstio ita comparate,  
 ut dictum est, consideretur, tunc sunt alii populi, qui  
 non nisi justos Dominos volunt, & quoniam ingenio  
 suæ servili, amant & sibi expetunt Monarchiam, Do-  
 minatum, Regnum absolutum, utpote formam Rei-  
 publicæ sibi maxime convenientem. Hos, si forma  
 Aristocratica vel Democratica regere velis, erras. Per-  
 lustra veteres populos, & vide Persarum Reges, cum  
 severitate summa atque superbo fastu imperantes, ac  
 omnes pro servis habentes. Primus d. Artaxerxes d. Plutarch. in  
Apoph.  
 Longimanus mitiorem se præstitit, cumque priores  
 Reges etiam sumos Magistratus vestibus nudatos seve-  
 re cedere consuevissent, ipse nudari quidem, sed ve-  
 stes non corpora cædi jussit. Atque hinc fastuosa illæ  
 adoratio, qua non solum subditi, sed etiam peregrini &  
 cæterarum gentium Legati Reges prosequi jubeban-  
 tur. Artabanus & certe Themistoclem non prius ad id. in Themistocle.  
 Regem admisit, quam se illum adoraturum pollicitus  
 esset. Erat enim Persis præstantissima omnium lex,  
 quæ honorari Regem adorarique eum tanquam DEI  
 omnia conservantis effigiem jubebat. Conon vero  
 cum adorare more Persarum noller, a conspectu & Justin. l. 6. c. 2.  
 colloquio Regis est prohibitus. Talis populus Cappa-  
 docum. Hos senatus Romanus libertate donare de-  
 crevit, ut Justinus tradit, sed illi *munus libertatis* n. l. 38. c. 2.  
*abnuentes negant vivere gentem sine Rege posse.* Atque  
 ita Rex illis a Senatu Ariobarzanes constituitur. De  
 Ægyptiis etiam *Herodotus* observavit, eos nullo tem- o. l. 2.  
 poris momento potuisse Regibus carere, cum tamen  
 plus quam Dominica auctoritate regerentur. Liqueat  
 hoc inde, quod omnes *agri eodem*, referente in pa- u. l. 6.  
 trimonio Regis fuerint, ex Sesostris instituto, cet-  
 taque ex iis pecuniæ summa quotannis fisco provenie-  
 bat. Quid quod hodieque tota propemodum Asia at-  
 que Africa ejusdem formæ imperia teneat, & genera-  
 tum populi orientales & barbari sint servituti assueti

D

2. l. 8.

& ad Monarchiam procliviores alijs. De Orientalibus *Lucanus* x:

*Omnis in Arctois populus quicumque pruinis  
Nascitur, indomitus bellis & Martis amator.  
Quicquid ad Eoos tractus, mundi que teporem  
Labitur, emollit gentes clementia cœli:  
Ilic & laxas vestes, & fluxa virorum  
Velamenta videt.*

2. l. 1. Hist. c. 16.

2. disp. cit. §. 11.

§. 3. Contra alii populi nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem, ut Galba de suis Romanis apud *Tacitum* dicit. Et profecto si naturam ac mores gentium Europæarum, si praxin & usum, imperiorumque robur atque diuturnitatem curatius animovolvamus, veneramur merito iudicium *µ. Excellentissimi DN: BOSII*, qui plerisque populis Europæis vix ullam aptiorem esse docet formam regiminis, quam si vel unius potestas legibus adstringitur, & libertate miscetur, ac veluti temperatur, vel saltem pars administrationis publicæ populo aut proceribus permittitur. Etenim docet tot retro seculorum experientia pleraque Europæa imperia melius, ubi cum admissione libertatis, quam ubi vel dominationis ritu vel plena libertate gubernata sunt, habuisse. Quamobrem *µ. idem* & illud usu venire monet, ut in regnis sæpe non revera quædam pars administrationis & libertatis Proceribus aut populo permittatur, sed saltem simulacra quædam libertatis & Aristocratici Imperii reliquantur.

2. l. c. §. 13.

§. 4. Verum ista tam late accipienda sunt, quam indoles rerum civilium sive admittit, sive poscit, & *µ. idem* *ν. πολυ.* Nam in quibusdam Rebus publicis aliter accidisse non imus incipias. Sunt enim fueruntque & in Europæis qui animo & voluntate imperium singulare averſantur, ut de Romanis dicebat *M. Agrippa* apud *µ. Dionem*. Quos & *Brutus* apud *µ. Esiviam* expulſis Regibus iurejurando adegit, neminem

2. l. 52.  
2. l. 2. c. 1. 2.

nem Romæ passuros regnare, quique L. Tarquinium Collatinum ob nomen Tarquiniorum in exilium egisse ab eodem dicuntur. Tales Græci quondam teste *π Herodoto*, Argivi apud *ε Pausaniam*, & Veneti apud *σ Paulum Jovium*, quorum Aristocrata, ut Genuensium, celebris est.

*u. l. 7.  
e. in Corinthiac.  
o. l. i. Histor.*

§. 5. Imo si quæstio ita intelligatur, fieri potest, ut in uno eodemque imperio aut civitate alia atque alia forma Reipublicæ sit optima temporibus diversis. Ita apud Romanos initio Imperii ac tempore Romuli forma Regia magis commoda, quam Aristocratica aut Democratica fuit. *Quid enim futurum fuit, inquit π Livius, si illa pastorum convenarumque r. l. a. c. 16 plebs transfuga ex suis populis, sub tutela inviolati templi aut libertatem, aut certe impunitatem adeptæ soluta regio metu, agitari copta esset tribunitiis procellis? & in aliena urbe cum patribus ferere certamina, priusquam pignora conjugum ac liberorum caritasque ipsius soli, cui longo tempore assuescitur, animos eorum confociasset? dissipatæ res nondum adultæ discordia forent: quas fovit tranquilla moderatio imperii, eoque nutriendo produxit, ut bonam frugem libertatis maturis jam viribus ferre possent.* Obstitit libertas expulso Rege Tarquinio Superbo, auctoribus Bruto aliisque, quo tempore demum commodissima & optima Reipublicæ Romanæ Aristocrata fuit, cui pretium fecerat proximi Regis superbia. Neque ambigendum est, quin Brutus sociique pessimo publico id facturi fuissent, si libertatis immaturæ cupræ priorum Regum alicui Regnum extorquissent, & ante hoc tempus Aristocratiam instituissent. Videatur *υ Livius*. Deinde vero cum Respublica *υ. l. 6.* Romana turbis, tumultibus, seditionibus, bellis civilibus varie agitata atque ita concussa esset, ut salva esse nisi iterum ab uno Rege regeretur, non posset, pacis interfuit omnem potestatem ad unum conferri, & sic iterum commodissima forma Reipublicæ

Φ. 1. 1. Ann. c. 1. &  
H. 1. Hist. c. 2.

X. Conf. Boecler.  
Charact. Voll. c. 1.

Φ. not. Pol. ad Tab.  
H. 1. Ann. c. 1.

licæ Monarchia fuit. Videatur  $\Phi$  Tacitus. Paturiebar  
eam Roma a tempore Gracchanorum tumultuum;  
cui partui etfi obviam ireat, tamen impedire non  
poterant; quod, licet aliquos homines tali ingenio  
præditos sustulissent, tamen  $\chi$  Roma in ea conditio-  
ne esset Cæsaris & Augusti temporibus, ut impossi-  
bile fuerit recuperare libertatem. Salva nempe Roma  
esse non poterat nisi beneficio servitutis, totque millia  
hominum pugnabant, non an servirent, sed cui?  
Quare optimum fuit Romæ, ut Augustus cuncta ci-  
vilibus discordiis fessa nomine Principis sub Imperium  
acciperet. Plura hanc in rem disputat  $\psi$  Dn. Forst-  
nerus. Nos nunc manum de tabula!

*Θεῶ ἢ δέξα.*

---

**Q**ui perscrutatur *faciem* quæ *publica rerum*,  
*Publicitus* potis est utilis esse *rei*.  
Conatum laudo & patulo **TIBI** gratular ore,  
Cum claro felix nomine cedat opus!

*Ita ad Dominum suum Inquiliinum gratulabundus  
festino accedit calamo*

**Nicolaus Michael Himmel/D.**

---

**O** *Prima GEHVVO LFFI, quæ sit Respublica scribis;*  
*Unde tuis studiis optima fata precor.*

In honorem Præstantissimi atque Eruditissimi  
**DN. AUCTORIS E**  
**PRÆSES.**

---

**I**lupe felici pede callem, quam Tibi quondam  
Monstravit Patruus monstrat & usque Gravis.  
Ivisti vero tenus hac ceu colligo doctis  
Ex thesibus, pergas amplius, augur ero.  
Pervenies mox ad templum virtutis, honoris,  
Mox quoque se pandent sacra videnda **TIBI**.

*Hiscæ paucis Per-Eximio DN. Dissertationis hujus Autori,  
Patrueli suo per dilecto gratulari voluit, debuit*

**Johannes Christophorus Beyer/**  
*Ratiobonensis. Jur. Studiosus.*

